

412.

Cod. CLXXXIV. n. 1-3.

Cod. CLXXXIV.

Chartae: Fol. Locc: 15.

2
2.7.1. Fol. 1^a-10.

Hugonis de S. Victoris Soliloquium de
 Victore Soliloquium de
 quum de anima
 anima.

Hugonis de S. Victoris Soliloquium de
 artha anima, quod incipit: "Loquar se,
 creto anime mee". Pars de hoc quicquid
 pit, adeat Codicem XCVI. num: 5.

2. Fol. 10^a-76.

Isidori Hisp. Isidori Hispalensis Episcopi Libri III.
 Lib. III Sententiarum de Summo bono, qui continen-
 de summo bono. tur jam in Codicibus LXXI. num: 1. LXX,
 VIII num 1. et CXXV. num: 2.

3. Fol. 77-95.

Eiusdem Synonyma, seu Soliloquia
 ma, seu Solilo- In codice nostro vocantur Soliloquia, cum
 quia. rubrica praefixa sit: "Incipit Liber Solilo-
 quiorum Sancti Isidori episcopi". Syn-
 onyma vero audiunt in edit: opp. S. Isi-
 dori curante Margar. de la Bigne Paris:
 Fol. 1580. T. II. pag. 57. Prologus incipit:
 "In sequenti hoc libro qui nuncupatur Syn-
 onyma; Quis ipsum? Anima mea in an-
 gustis est". Totam complectitur medi-
 tationes, et praecipiones morales, quae so-
 liloquia vocantur, quia homo solus secum
 plangens, vel rationem in consilium vocans
 inducitur; Synonyma vero, quia eadem res
 aliis, aliisque verbis repetita inculcatur.

Cod. CLXXXIV. n. 4.5.

413.

Duo autem hic notanda mihi videntur, primo: capitulorum inscriptiones et plures, et alias esse in codice nostro, ac in praefata editio-
ne Signae; Secundo: post memoratum prologum
extare in codice nostro alterum, cuius initium
est: "Venit nuper ad manus meas," qui Si-
gnaeum latuisse videtur. Editiones, et eos,
qui de Fridoro scripserunt, videbis apud Fabric.
Bibl. m. & inf. Latin. T. 4. p. 183. Legg.

4. Fol. 95-100.

S. Augustini
Liber de assumpti-
one B. V. Mariae.

S. Augustini Liber de assumptione B. V.
Mariae. Rubrica praecedit: "Incipit prologus
Augustini de assumptione corporis gloriosae et
perpetuae virginis Mariae; prologi autem ini-
tium est: "Ad interrogata de virginis et ma-
trix domini resolutione temporali et aeterna
trinitate perhenni". Opus ipsum inchoatur:
"Quia profundissime et sua dignitate altissi-
me sum responsum questionibus". Ab alio hoc
operculum vocatur Sermo, extatque in edit.
opp. S. Augustini Mauriana Fol. 1885. Tom. 6.
col. 250 in appendicem rejectum tanquam opus
incerti authoris. Ab alio autem sicut Fabric.
Bibl. m. & inf. Latin. T. 1. p. 82. col. 2. tribui-
tur Autperto Abbati Casinensi, qui floruit
circa annum 834.

Autpertus Ab-
bas Casinensis.

5. Fol. 100-106.

S. Augustini
Meditationes.

S. Augustini Meditationes; ita inscriptio,
initium autem est: "Domine deus meus da cordi
meo te desiderare, desiderando querere, que-
rendo invenire, inveniendo amare" &c. Ex-
stant in edit. opp. S. Augustini numero superi-
ori citata Tom. 6. Col. 704 in appendice, ex
qua patet codicem nostrum non nisi capita

414.

Cod. CLXXXIV. n. 6.

Ioannes Abbas
Fircannensis.

meditationum novem priora complecti. Cras-
mus, quem secuti sunt editores opp. L. Augusti
Lovanienſis T. IX. dicit authorem earum esse
vel Augustinum, vel qui eius libros non in di-
ligenter legit. Verum Bernardus Vindingus,
et editores Mauriani illas Augustino abjudi-
candas esse non dubitant ex rationibus in
admonitione J. L. C. col. 103 propositis. Idem
ex codice veteri Abbatis Mettenſis Capitane
meditationum viginti quatuor posteriora J. to-
tum enim ibidem XVI capitibus absolvitur.
Vindicare cuidam Joanni, Abbati, uti credi-
tur Fircannensi, qui anno 1178 diem obiit.
An etiam author nostrorum sit, dubito.

C. Fol. 106^a - 109^a

L. Augustini
Sermones tres.

L. Augustini Sermones tres. Inscriptio fo-
rat: "Augustinus de sanitate anime, et
de indigna familiaritate mulierum". Primus
sermo incipit: "Vostis fratres karissimi om-
nes homines sanitatem corporis querere."
Secundus: "Bene nostis fratres karissimi me
vobis frequenter supplicasse". Tertius: "Orate
pro deo fratres karissimi quia mea non cessat hu-
militas. In fine additur: Explicite Augustini
de sanitate etc. Verum sermones istos Augu-
stini non esse certus sum, tum quia ab edi-
toribus Maurianis J. excepto secundo signoran-
tur, tum quia ab Augustini dictione quod
longissime deflectunt. Secundus quidem
sermo, qui incipit: Bene nostis, ex tertia edi-
tione memorata T. V. in appendice col. 462.
Sed censura ab editoribus haec notatur:
"Nomine Augustini citavit olim Bonifacius
Moguntinus episcopus, Germanorum dicitur
apostolus in epistola ad Zachariam Papam.
Haud immerito tamen per Lovanienſes in Ap-
pendicem rejectus est, qui notant ripsum du-

Cap
Hec

Hu
Vil
de a
rati

Gu
ca
de
a)
fol.

Gu
tati
dato

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 184

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 415.

Cod. CLXXXIV. n. 7.

415.

Caesarius
Arelatenfis.

„ orbitas se, an sit phrasus Severiani. Nobis omni-
mo Caesarii esse videtur. Sed nec in Caesarii
Homiliis / Sibb. Patrum edit. Lugd. T. 8. & 17. / nec
in Saluzii collectione offenduntur.

7. Fol. 109-160.

Hugonis de S.
Victore lib. V.
de arca Noe mo-
rali.

Hugonis de S. Victore Lib. V. de arca Noe mo-
rali. Titulus praemittitur: Incipit Hugo de
archa noe pro archa sapientia cum archa
ecclesie et archa moru[m] / majoru[m] / gratie.
Prologi initium est: Cum Paderem aliquando
in conventu fratrum. Citat hoc opus in edit.
Opp. Hugonis Mogunt. 1677. Fol. curante Gar-
zonio T. II p. 175. ibique IV Libris absolvitur.
Noster autem addet hic aliud opusculum,
quod in praefata editione singulariter sub
nomine mystica Arca Noe Descriptio p. 187
occurrit, tanquam librum quintum conti-
nua serie subiungit; ultima enim verba
libri IV. in contemplatione veritatis (a)ime,
mediate sequitur: Brevis dicturus eram sed fa-
steor vobis multa me delectat loqui et exstat,
huc fortassis quod dicerem si vestrum fastidi-
um non timerem. Nunc ergo ipsius arcae nos-
tre exemplar proponamus sicut proposuimus
quod exterius depingimus / ut foris discamus
Quid intus agere debeas et cum huius exem-
plaris formam in corde tuo expresseris / domus
dei in te edificatum / am / esse poteris. Inci-
pit liber quintus de pictura arcae. Primum
in planicie ubi arcam depingere volo. Quae
verba initialia sunt operis, quod dicitur mysti-
ca Arca Noe descriptio. Finito hoc libro sequitur

Eiusdem mysti-
ca Arca Noe
descriptio.
In Cod. nostro
fol. 144 p. I. Col.
2.

Eiusdem Prae-
notationum eluci-
dator. caput 18.

„ tur in Codice nostro / fol. 154. col. 1. / Capita
14. 15. 16. 17. et 18. Praenotationum elucidato-
rium de scripturis et scriptoribus sacris
eiusdem Hugonis quorum primum incipit: Di-
ligens scrutator veri eloqui rerum signifi-
cationes nequaquam negligere debet. In

416.

Cod. CLXXXIV. n. 8. 9.

predicta editione habentur T. I. p. 5.

8. Fol. 160^v - 171^v.

S. Ambrosii de
Nabuthae Jera-
clita liberung.

S. Ambrosii de Nabuthae Jeraclita liber unus. Incipit: "Nabuthae hystoria tempo-
re vetus est usu cottidiana". In codice
nostro titulum gerat Sermonum, et vere,
sua hic liber nihil aliud continere vide-
tur, nisi unum, alteramve sermonem, quos
Ambrosius in divites, a quibus tenuioribus,
tunc homines, immanissime diripiuntur,
toto mentis ardore pronuntiavit. Etant
in edit: Opp. S. Ambrosii Mauriana Tom. I.
col. 563.

S. Ambrosius quadragesimo aetatis anno
a tribunalibus ad episcopatum Mediolanensem
raptus, eundem summa cum fide, ac constan-
tia gessit usque ad annum 398. Scripta illius
a Carco, et Gudino diligenter enumerantur; si-
tae autem scriptores, atque operum editiones
recensuit Fabricius in Bibl. Latina lib. IV. c. 3.

9. Fol. 171^v - 174^v.

S. Augustini
de haeresibus
liber.

S. Augustini de haeresibus liber. Incipit: "hui-
dam autem haeretici qui de ecclesia recesser-
unt et nomine suorum auctorum nuntia-
rantur". Scriptum istud breve nomen qui-
dem Augustini in fronte gerit, sed interope-
ra illius non reperitur. Convenit nonnun-
quam quoad verba cum opere genuino S.
Augustini de haeresibus in editi Mauriana Tom.
VIII. unde non inepte illius epitome dici posset.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 184

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 417.

Cod. CLXXXIV. n. 50. 55.

417.

10. Fol. 174^a-195^a.

S. Joann. Chry-
sostomi de re-
paratione lap-
si liber unus.

S. Joannis Chryostomi liber de reparatio-
ne lapsi, seu ad Theodorum lapsum Parane-
ses II. incipiunt: "Quis dabit capiti meo
aquam". Hic. Scripta sunt eo fine, ut Theodo-
rum, qui saecularem vitam rationem ample-
xus fuerat, et de uxore ducenda consili-
um iniverat, ad vitam aeternam revoca-
rent. Notat Oudinus Script. eccles. T. I.
col. 724 verum istam Paranesionordi-
nem inversum, primoque collocatam loco
post alteram esse rejiciendam. Id ipsum
afirmat du Pin in nouvelle Bibl. de Au-
tens eccles. T. III. pag. 56 dicens: "cette der-
niere exhortation devrait être la premi-
ere." Pars de S. Chryostomi operibus
idem suppeditant, quibus adde Caveam.
Citat in edit. Opp. S. Chryost. Francf.
1698. et 1723. T. IV. col. 546 interprete
incerto.

S. Joannes Chryostomus patria Anti-
ochenus, Episcopus Constantinopolitanus
zealousissimus, animam caelo remisit ad 407.

11. Fol. 195^a-206^a.

Eiusdem tractatus de compunctione cor-
dis ad Demetrium.

Eiusdem tractatus de compunctione cor-
dis ad Demetrium. Cum te intueor beata se-
penter insistentem mihi. Typis prodit
in praefatis editionibus T. IV. Col. 98; itidem
incerto interprete, sed ut notat Oudinus Script.
eccles. T. I. Col. 720. veterum magis, quam re-
scentionum aliquo, utpote qui in vestendis
prioribus orationibus libertate usus est.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 184

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 418.

418.

Cod. CLXXXIV. n. 52-55.

12. Fol. 206^a-214^a.

Ejusdem tractatus de compunctione cordis ad Aleechium, cuius initium est: "Et quomodo fieri potest o homo dei." In verso, red eodem, ac codex noster ms. intermiste reperitur in cit. edit. T. IV. col. 122.

Ejusdem tractatus de compunctione cordis ad Aleechium, cuius initium est: "Et quomodo fieri potest o homo dei." In verso, red eodem, ac codex noster ms. intermiste reperitur in cit. edit. T. IV. col. 122.

13. Fol. 214^a-220^a.

Hugonis de S. Victore libellus de modo orandi; in edit. charisimo.

Hugonis de S. Victore libellus de modo orandi. Rubrica praecedit: "Incipit tractatus domini Hugonis de modo orationis." Initium prologi est: "Domino et patri (C) H. munusculum hoc dilectionis mee." Opus ipsum incipit: "Cui studio et quo affectu a nobis orandus sit deus." Prodit in edit. Opp. Hugonis Moguntiae 1617. T. II. p. 153.

14. Fol. 220^a-224^a.

Joannis Andreae Summula super IV libro decretalium.

Joannis Andreae Summula super IV libro decretalium. Rubrica praemittitur: "Summula domini Johannis Andreae super IIII^o libro decretalium." Incipit: "Christi nomine invocato." Idem omnino opusculum, de quo jam actum est in Cod. CXXVI^{n.2} nec non CXLIII. n. 3. ubi vocatur tractatus de sponsalibus et matrimonio.

15. Fol. 224^a-230^a.

Ejusdem lectura arborum consanguinitatis et affinitatis.

Lectura arborum consanguinitatis et affinitatis Domini Johannis Andreae; ita rubrica. Initium est: "Circum lecturam arborum." Jam dictum est de hac lectura in Cod. CXLIII. num. 4.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 184

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 419.

Cod. CLXXXIV. n. 16.

419.

16. Fol. 131-289.

Joannis Nider
 consolatorium
 timorate con-
 scientie.

Joannis Nider consolatorium timorate
 conscientie. Absque ulla inscriptione inci-
 pit prologus: "Apud disciplinas reperi-
 mus phisicas". Atunc sequitur tabula ca-
 pitulorum, qua finita legitur rubrica: "Pre-
 sens tractatus intytulari poterit consola-
 torium timorate conscientie". Opus ipsum
 inchoatur: "Primo igitur animadverten-
 dum quod conscientia uno modo sumitur
 pro re convicta! Coronidem imponit ipri-
 simi authoris non minus rara, quam ins-
 genua censura, ait enim: "Tantum de con-
 solatione timorate conscientie dicitur se
 sufficiat a cujuscumque compilatione requi-
 sique quod suum est recipere velit nihil aut
 modicum autori manebit". Los fidet Bibli-
 otheca nostra Consolatorii editionem per-
 vetustam sine anno, loco, et typographo,
 quam videsis in Antiqq. typograph. p. 70.

Ad oram Superiorem folii omnium
 primi §. quod est membrancum hec scripta le-
 guntur: "Anno domini 2c48 pro domino
 Johanne de Weytra nunc octonario ad S. G.
 S. Stephanum? nunc magistro chori. Itum
 liberum est mihi testatus venerabilis vir ac
 egregius sacri juris doctor Dominus Thomas
 de Zwettl qui obit anno Domini 1455.
 in vigilia pentecostes cujus anima requi-
 rescat in sancta pace amen."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 184

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27521

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)